

Hymn.

1.

C

Hriste, redemptor omnium, ex Patre, Patris Uni-

ce, solus ante principium natus ineffabiliter,

2. Tu lumen, tu splendor Patris, tu spes perennis omnium,

intende quas fundunt preces tui per orbem servuli.

3. Salutis auctor, recolle quod nostri quondam corporis,

ex libata Virgine nascendo, formam sumpseris.

4. Hic praesens testatur dies, currens per anni circum,

quod solus a sede Patris mundi salus advenaris ; 5. Hunc

caelum, terra, hunc mare, hunc omne quod in eis est,

auctorem adventus tui laudat exultans cantico.

6. Nos quoque, qui sancto tuo redempti sumus sanguine,

ob diem natalis tui hymnum novum concinimus.

7. Iesu, tibi sit gloria, qui natus es de Virgine, cum

Patre et almo Spiritu, in sempiterna saecula. Amen.